



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput VII. De amore Jesu super omnia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

Si attendis, quid apud te sis intus; non curabis, quid de te loquantur homines.

*Homo videt in facie, Deus autem in corde.* Homo considerat actus, Deus vero pensat intentiones.

Bene semper agere & modicum de se tenere, humilis animæ indicium est.

Nolle consolari ab aliqua creatura, magnæ puritatis, & internæ fiduciæ signum est.

Qui nullum extrinsecus pro se testimonium quærit, liquet, quod totaliter se Deo commisit.

*Non enim, qui seipsum commendat, ille probatus est ( ait B. Paulus ) sed quem Deus commendat.*

Ambulare cum Deo intus, nec aliqua affectione teneri foris, status est interni hominis.

### C A P U T VII.

*De amore Jesu super omnia.*

I. **B**eatus, qui intelligit, quid sit amare Jesum: & contemnere seipsum propter Jesum.

F 3

Opor-

Oportet dilectum pro dilecto relin- O  
quere, quia Jesus vult super omni- cor a  
amari. & v

Dilectio creaturæ fallax, & insi- E  
bilis: dilectio Jesu fidelis, & per se nifi  
verabilis. intra  
licen

Qui adhæret creaturæ, cadet cum Q  
labili: qui amplectitur Jesum, firmi- hom  
bitur in ævum. & q  
infir  
gell  
In

Illum dilige, & amicum tibi retine: qui omnibus recedentibus non relinquet, nec patietur in fin perire.

Ab omnibus oportet te aliquando separari, sive velis, sive nolis.

2. Teneas te apud Jesum, vivens ac moriens; illius fidelitati te committe, qui omnibus deficientibus solus te potest juvare.

Dilectus tuus talis est naturæ, alienum non velit admittere: sed solus vult cor tuum habere, & tanquam Rex in proprio throno sedere.

Si scires te bene ab omni creatur evacuare, Jesus deberet libenter tecum habitare.

Pæne

I. N

Divi

Pæne totum perditum invenies,  
quidquid extra Jefum in hominibus  
posueris.

Non confidas, nec innitaris super  
calatum ventosum, quia *omnis caro*  
*fœnum, & omnis gloria ejus, ut flos*  
*fœni cadet.*

3. Cito decipieris, si ad externam  
hominum apparentiam tantum aspe-  
xeris.

Si enim tuum in aliis quæris so-  
latium, & lucrum, senties sæpius  
detrimentum.

Si quæris in omnibus Jefum, in-  
venies utique Jefum.

Si autem quæris te ipsum, in-  
venies etiam te ipsum, sed ad tuam  
perniciem.

Plus enim homo nocivior sibi, si  
Jefum non quærit, quam totus mun-  
dus, & omnes sui adversarii.

### C A P U T VIII.

#### *De familiarī amicitia Jefu.*

2. Quando Jefus adest, totum bo-  
num est, nec quidquam dif-

F 4           ficile